

predicti ne cristifideles fratribus ipsis pias ecclesias erogare psumant suadere et etiam sub censuris inhibere ac erogantes excoisatos fore predicare seu predicari facere seu pnuunciare psumunt. Locorum ordinarijs eorumq; vicarijs seu officialib; et curatis pdictis ac etiã alijs quibuscunq; dicta auctoritate mandam<sup>9</sup> vt ab hmoi psuasionib; inhibitionib; et mandatis de cetero prois<sup>9</sup> et omnino abstineat. Decernetes inhibitione ipsas et madata nulli<sup>9</sup> existere firmitatis. et illis contra venientes censuris hmoi minime ligari ac eosde psuadentes et inhibentes mandatoq; nostro hmoi obtẽperare nõ curantes nisi penituerint. et psuasiones et inhibitiones ac pdicta renocauerint infra triduu postq; desup requisiti fuerint eoipso ordinarios interdictu ingressus ecclie ac suspensiones a regimine et administratiõ suaz ecclesiaru a. Cos vero inferiores ab eis excoisatiõis sententiã incurrere. Cũ aut nonnulli ad ordies predictos pdicatorum et minorum spetiale geretes deuotionis effectũ eorum cadauera cũ habitu fratru pdicatorum vel minoru seu fratrum vel sororum de penitentia vtriusq; ordinis pdicatorum sepeliri mãdant et per sepe anteq; moriantur habitu hmoi per priorem domus ordinis pdicatorum aut guardianum domus ordinis minorum loci in quo tales decedere cõtinget vel p superiore platũ ipsoz ordinu et domoru seu priorat<sup>9</sup> et guardianie. vel illi cui duxerit cõmittẽdum dũtaxat et non per aliũ quavis auctoritate vel platione surgentẽ exhiberi debere qui predictũ habitũ recipiẽtib; declarare teneant apud eoz ordinũ ecclesias debere sepeliri in eoz obitu quoz habitum suscipiant et iloz sic indutoruz cadauera sic discoperta nullo palio vel tegumẽto super imposito cum habitu hmoi ad sepulturã deferri posse ordinarioz etia; sub censuris prohibitiõis et ordinatione locoru quãlibet in contrariũ edita non obstante q̃s quo ad hoc modificam<sup>9</sup>. Et ne exhabilitationis ad vnu vel plura beneficia ecclesiastica in titulum vel comendam obtinenda; cum facultate. et interim donec illa assequantur pro capellanis alioz in beneficijs ecclesiasticis deservire. Et q; etiam postq; beneficia huiusmodi assecuti fuerint in domibus dicti ordinis residere cameras habere in illis et in generalibus atq; prouincialibus capitulis fratrum eozundem pdicatorum et minorum ordinuz vocẽ actiuã et passiuã habere ac puilegijs fauorib; gratijs et indult<sup>9</sup> concessis ipoz ordinũ pffessorib; gaudere possint pfat<sup>9</sup> ordinib; et iloz pffessorib; grauanẽ inferatur eisdem motu et auctoritate decernim<sup>9</sup> huiusmodi concessas et quas eis concedi contigerit habilitationis litteras intelligi et interpretari debere vt fratres ipsi quibus littere huiusmodi concessas sunt et concederent in postez quodocunq; per sedem predictam postq; aliqd beneficium adepti

In q̃m ordinibus  
 minorum et eorum fr  
 tribus sepelendi.